Lambertus Hortensius over de grensgeschillen

Bron: *Lamberti Hortensii, Secessionum civilium Ultraiecttinarum et bellorum ab anno XXIV supra MCCCCC* […] libri septem (Utrecht 1642) p. 60.

De limitibus juxta Goylandiam.

ſent. Paulo ſub hæc, quæ aliquot menſes quieverat controverſia de paludibus, deque utriuſque regionis cardinibus ab Holl. iterata eſt. Quoniam autem ea quæ ad hanc diſceptationem pertinent, haud perinde multis nota ſunt: operæprecium videtur excedere paululum ad veteris hujus certaminis cauſam (quia frequenter nobis de eo mentio fuit) enarrandam: ne cum rebus, memoria diſceptationis tam memorabilis ad poſteros aboleat. Anno ſeptuageſimo primo & ſecundo ſupra M. CCCC. in aula Burgundica aſſentatores quidam erant (quod genus hominibus omnium ferè principum aulæ ſunt refertæ) qui gratiam apud Carolum Ducem inituri (qui à rerum geſtarum magnitudine Magnus cognomento fuit dictus) illi perſuaſerant, interiores paludes Goylandici juris, aut certè dubiæ poſſeſſionis eſſe. Specioſe dictum magis, quàm verè. Perſuaſum fuit haud difficulter, quippe bellicoſo principi, bello & gloriæ & ad amplificandum Burgundorum imperium nato. Eas mox ex jure manu conſertum vocat. (nihil de hoc certamine ferè antiquius) Diſceptatur inter ipſum & Davidem de jure finium, magna vi. Ille ſtudio recuperandi amiſſas paludes, ut perſuaſus erat: hic vindicandi tuendique cura, quæ ſuæ ditionis per tot annorum poſseſſionem eſsent. Ad poſtremum, ut certaminis aliquando finis foret, uterque arbitrium ejuſdem regni & linguæ conſultiſſimis viris, & libellorum magiſtro tanquam primario arbitrii diſceptatori defert. Apud hos cum Provincialis Curator Ducis nomine, de regnorum terminis, argumentis ac teſtimoniis certare contenderet, nihil comperti de terminatione paludum affirmare valuit. Contrà David Epiſcopus cum ordinibus ditionis, limites ſuos naviter, tabularum fide, quas ab Imperatoribus, ipſiſque Hollandorum Comitibus de cardinibus habebant, nixus, defendere. Adducti ad hæc octuaginta è capularibus locorum teſtes. Prolata item ſunt & acta haud pauca, quæ de eadem

Aſſentatores in aulis principum frequentes.

Vertaling:

'Kort hierna werd het geschil over de moerassen – dat enkele maanden had gerust – opnieuw opgerakeld, evenals de discussie over aan wie de grensgebieden tot aan Goyland toebehoorden: aan Holland of een ander.

Aangezien de zaken die met dit conflict te maken hebben niet bij iedereen bekend zijn, is het de moeite waard om kort terug te grijpen naar de oorsprong van deze oude strijd (waar wij vaak naar hebben verwezen), opdat de herinnering aan een zo gedenkwaardige twist niet met de tijd verloren gaat.

In het jaar 1471 en 1472 bevonden zich aan het hof van Bourgondië bepaalde vleiers (zoals men die in bijna elk vorstelijk hof aantreft), die de gunst van hertog Karel de Stoute probeerden te winnen. Zij overtuigden hem – hij die vanwege zijn grote daden de bijnaam 'de Grote' droeg – ervan dat de binnenste moerassen toebehoorden tot het recht van Goyland, of ten minste dat de eigendom ervan twijfelachtig was.

Het werd mooier voorgesteld dan het in werkelijkheid was. Toch werd hij er gemakkelijk van overtuigd – als een oorlogszuchtig vorst, geboren voor strijd en glorie, gericht op het uitbreiden van het Bourgondische rijk.

Kort daarop liet hij dan ook deze kwestie tot een juridisch gevecht uitgroeien.
Er ontstond een hevig geschil tussen hem (Karel) en David van Bourgondië, de bisschop van Utrecht, over het eigendomsrecht van de moerassen.

Karel streed met volle inzet om de (volgens hem) verloren moerassen te heroveren, terwijl David zich er met evenveel toewijding voor inzette om te verdedigen wat door jarenlange feitelijke bezetting tot zijn gebied behoorde.
Uiteindelijk, om een eind te maken aan dit conflict, besloten beide partijen hun zaak voor te leggen aan wijze mannen uit hetzelfde land en taalgebied, en aan de 'meester van de documenten' (een soort hoofdjurist of archivaris), als hoofd van het arbitragecollege.

Toen de afgevaardigde van de hertog namens hem bij die arbiters zijn zaak bepleitte, kon hij niets met zekerheid zeggen over de exacte grenzen van de moerassen.
Daarentegen verdedigde bisschop David, samen met de vertegenwoordigers van zijn gebied, actief zijn grenzen, zich beroepend op kaarten en documenten van keizers en zelfs van de graven van Holland zelf, waarin de grenspunten waren vastgelegd.

Tot slot werden er tachtig getuigen opgeroepen uit de kerkelijke kapittels van de betrokken gebieden, die hun getuigenis gaven ter ondersteuning van David's zaak.'